



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

10. De Abbate Cyriaco, qui à Virgine Deipara reprebensus est, quod Nestorij libros, licet ignoranter domi suæ seruaret.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Nestorius cum hostile bellum aduersus
Deiparam instituisset, adeò non impunè
tulit tantam audaciam & procacitatem, vt fu-
erit à toto concilio Ephesino anathemati per-
petuò traditus, ab Imperatore quoque Theo-
dosio in exilium actus, Episcopatu suo Con-
stantinopolitano planè spoliatus, ac demùm
coactus in exilio vitam absoluerè calamito-
sam. Sed & blasphemam eius linguam, miri-
carnifices corrotere vermes, & si non corpus,
nefandum nouæ impietatis organum, à terra
deliscente absorptum, certè anima eius ad in-
feros vsque detrusa, meritis blasphemix pœ-
nas luit. Nicophorus autem scribit, Nestorium
Theodosij Imperatoris iussionibus in extre-
mis Thebarum oris, locum ex loco mutantè,
veritatum esse. Vbi, inquit, terra rupta cooper-
tas atque oppressus, vitam hanc pro eo atque
blasphemix eius conueniebat, amisit: Arius
autem ultimo vitæ suæ actu habitus, &c. Nice-
phorus lib. 14. cap. 36. histor. Ecclesiast.

Hannes Moscus Euiratus in Prato spiritali, ca. 46.

*De Abbate Cyriaco, qui à virgine Deipara repræ-
sentatus est, quod Nestorij libros, licet ignoranter, do-
mum suam seruaret.*

CAP. X.

Abbas Cyriacus, qui & Lauræ Calomonis
presbyter eximius fuit, de seipso testatus
est, quod aliquam mulierem honesta facie

prædram, & purpuram indutam per somnium viderit, dominam nempe nostrā Dei fratrem genitricem, duobus viris illam commemorantibus, qui & ipsi venerabiles & præclari ad aspectus apparerent; ut potè Ioannes Baptistæ, alter eiusdem nominis Euangelista. Abbatem igitur de cellula egressus, orare Deiparam cepit, ut ad se ingredi dignaretur, ac sæpè ab illa summoperè flagitavit, illa autem semper adveniente, atque hoc demùm respondit. Habes intra cellam tuam inimicum meum, an me illuc ingredi cupis? His dictis abscessit, & Abbatem valdè sollicitum anxiumque reliquit, ut qui nesciret, de quo inimico sermo hic haberetur, veritas etiam, ne quis oculi fortasse criminis ipse in Deiparam commisisset; cum nullū alium in eadē cella commorantem haberet. Vnde in gravi mœrore & luctu versatus est, quem ut ratione aliqua velleviret, vel depelleret, codicem legendum lapsus in manus, eumque à S. Isychio presbytero Hierosolymitano mutuo accepit. Cum autem voluisset codicem, duos impii Nestorij libros in fine vidit adiectos, ac statim discussa repleta nube, lucem veritatis adspexit, nihil ut dubitaret amplius superiorum sermonum Dei inimico Deiparæ apud se latitantem ad hunc ipsum authorem Nestorium pertinere. Abbatem igitur statim cum libro, eumque bona fide restituit, ne talem Mariæ inimicum apud

diutius esse pateretur: Accipe, inquit, frater
librum tuum, ex quo plus ego detrimenti,
quam utilitatis percepi. Cum verò rem om-
nem exposuisset, herus codicis zelo sancto suc-
census, duos illos Nestorij libros ex ipso præ-
scidit volumine, ac flammis vlticibus tradi-
dit, dicens: Non manebit in cella mea, Domi-
na nostræ sanctæ DEI genitricis semperque
virginis Mariæ inimicus. Atque vti nam co-
dem zelo flagrant omnes, qui hoc æuo in au-
thores & libros similis fatinæ incidunt, simul-
que curarent, vt istiusmodi scripta omnia, quæ
ad Christi sanctorumque ignominiam & bo-
norum offensionem faciunt, omninò explo-
derentæ abolerent.

*Iohannes Tovarum tom. 3. Annalium in Constantino
Copton & Eutropius libro 22. rerum Romana-
rum, in vita Copronymi, De Constantino Coprony-
mo Cesare ob illatam Mariæ iniuriam porticidæ
castigatio.*

CAP. XI.

Imperator Constantinus Copronymus, ad-
rō in Mariam petulans atque conuictiosus
era, vt illius honori publicè detraheret, eamque
tam imbecillum faceret, quæ nulli mortalium
posset opitulari. Quid autem illius morte fu-
nestius quid acerbius & violentius? Cum iam
Deo & hominibus esset inuisus, sub mortem
carbunculi pedes eius inuaserant, & ardentis-
simis febribus rebatur, quarum nullum à me-

M + dicit